

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiæ & Iuris Canonici Doctoris |||  
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt XXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

Principes aliquantam in oppido moram fecere, si  
forte deditio*nis consiliū* sumerent incole, sine san-  
guine parentes: Ipsi verò in palustribus suæ terræ locis  
congregati, incerti erant consiliij: Quidam secum dedi-  
tionem missit auère: Alij circuſpexerè fugam in Buze,  
qua insula munitior videbatur ad tuendum: Pauculos  
intus habebant ad stipendia militantes: sed illos conue-  
nire non sinebant, exteris non fidentes. Quidam ex his  
profugi desertores, cùm oppidum ab hostibus caperetur,  
omnia iam perdita foris disseminauerunt: Ea prima vo-  
litauit fama. Iterum pertentandos nuncijs putauère  
principes, si saniorem sumerent mentem: Missis specula-  
toribus terræ gnaris, scrutantur principes, que intus ca-  
piant consilia: ex quibus vnum natu Phrisium ceperant  
Thietmarſi, quem bono suo viuere sinebant: nam cæteros  
correptos mox trucidabat: Hunc hominem adigunt mi-  
nis vera fateri, quo itinere sint hostes ingressuri. Id cùm  
accepissent, proxima nocte fodientes, vallum opponunt  
per lutoſimam itinera venturis: Ibi aliquot hominum  
millia seruauère excubias: Alij locis alijs, cùm non fide-  
rent ad plenum nuncianti capto. Igitur pessimo auspicio  
mota sunt castra die Luna, quæ fuit XVII. Februarij,  
multis reclamantibus, qui nōfſent vadofa itinera. Sed  
præualuit consilium capitaneorum de Guardia, quos ad  
hoc obœratos rex habuit: Præcessere hi pedites tria penè  
millia, cum ciuib⁹ & agricolis maiori numero: Sequi-  
tur agmen equitum, tam certam præſumentium victo-  
riam, vt vehicula quoquè post se venire sinerent: Per  
angustum quoquè sunt ingressi tramitem, quæres inſi-  
nitam peperit cladē equeſtribus: Nemo cogitabat peri-  
culū esse, ybi præcessere pedites de Guardia, rem omnem  
babu-

habuere pro expedita. Lutosum ac profundum iter ex lateribus septum grandibus fossatis, supra genua turbauit equites. Equites vero ibant in pressura nimia, sperantes, & expectantes in solida peruenire. Iam Thietmar si post aggerem delitescentes, tormentis missis sonuerunt, non sine discriminē venientium: Primi tamen agminis pedites pluteos consertos præferebant, subiectisq; hastis transibant fossata, & iam in solido constiterant: sed angustè stabant, ut pugnare haud possent. Dies erat nebulosa, pluuiā grandine mixta, ventis sauitibus de cælo pugnabatur. Terra crebris fossatis discissa, non sinebat aciem extendere, aut excursiones facere. Regia tormenta iam erant collocata, sed pluuiā cum ventis impidente, emitte saxa non poterant. Procurrere nonnulli ex Thietmaris, ut euerterent: ex quibus nonnulli sunt cæsi. Interim aggere tui, tonuerunt illi bombardis, ruperuntq; ordines stantium peditum. Sed cum ambiri se ex hostibus cernerent Thietmaris, pauci egressi, non plures trecentis, aut ad summum quadrinquentis, pugnam conserunt aduersus tot millia: sed luto & frigore & angusto loco constrictorum. Transflentes incola fossata, pugnauerū pauci in multos, loco captos: bis retropulsi reuertuntur: bis ex fuga se colligunt, & hostes loco captos, frigore & luto madidos, cadunt, detrudunt in fossata. Auxere aquam cataractis apertis, ut fossatorū nullum iam videretur discriminē. Multis pereuntibus, primi ex Guardia pedites fugam ineunt, in qua tamen multi caduntur. Tum audi animis Thietmaris, in reliquam stantium manum collectitiam, ex urbibus & agris, se uiunt ad internacionem, cadentes aut mergentes aquis, quæ maxima turbafuit.

CAPVT

